

## CAPUT V.

## De Irregularitate.

« Etsi Irregularitas non sit censura, « ea habet, communiter eidem annectitur :  
« propter similitudinem tamen quam cum « quapropter et hic subjungo ».

## DUBIUM I.

## Quid, et quotuplex sit Irregularitas.

341. *Definitio irregularitatis. - An irregularitas sit censura. - Dupliciter dividitur irregularitas.*

Quid sit  
irregulari-  
tas.

341. - « Resp. I<sup>o</sup>. Est impedimentum  
« canonicum, susceptionem ordinum sa-  
« crorum, et susceptorum usum impediens.  
« Unde sequitur, non esse censuram, sed  
« quasi inhabilitatem: etsi enim interdum  
« imponatur per modum poenae, proprie  
« tamen poena non est. — Laymann<sup>1</sup>,  
« Bonacina<sup>2</sup> ».

Quaeritur: *an irregularitas sit cen-  
sura?*

Juxta a-  
lios, irregu-  
laritas est  
censura.

*Prima sententia* affirmat<sup>a)</sup>; et hanc tenent Sotus<sup>3</sup>; et Bañez, Covarruvias<sup>b)</sup>, Ledesma, Gutierrez, Cornejo, Corduba, etc. apud Salmant.<sup>4</sup>. — Ratio, quia (ut ajunt) definitio censurae, quod sit poena ecclesiastica, aequae convenit etiam irregularitati.

Probabilius non est  
censura.

*Secunda vero sententia* communior et probabilior, quam tenent Suarez<sup>5</sup>, Bonacina<sup>6</sup>, Palaus<sup>7</sup>; et Salmant.<sup>8</sup> cum Coninck, Valentia, Avila, Henriquez, Candido, Machado, etc., docet, irregularitatem non esse censuram, sed potius impedimentum seu inhabilitatem. — Idque non obscure probatur ex cap. *Quaerenti, de verbor.*

*signif.*, ubi Innocentius III, interrogatus, quid in bullis pontificiis intelligeretur nomine *censurae*, respondit: *Quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis et excommunicationis sententia valeat intelligi.* Cum igitur Pontifex hic dogmatice et indefinite locutus fuerit, enuntiando poenas quae veniunt nomine censurae; praeter eas, non est irregularitas, neque alia admittenda.

« Resp. II<sup>o</sup>. Dividitur I<sup>o</sup>. In eam, quae « est *ex delicto*, et quae est *ex defectu*.  
« — 2<sup>o</sup>. In *totalem*, seu proprie dictam, quae « omni Ordine suscipiendo, et suscepti  
« exercitio privat, v. gr. homicidium, bi-  
« gamia; et in *partialem*, quae aliquo tan-  
« tum Ordinis ministerio privat, vel solo  
« ascensu ad Ordinem superiorem: v. gr.  
« oculis vel palma sacerdos carens inha-  
« bilis est ad missam, non tamen ad con-  
« fessiones audiendas; et diaconus sinistro  
« oculo carens inhabilis est ad sacerdo-  
« tium, in suo tamen Ordine ministrare  
« potest ».

Quotuplex  
dividatur  
irregulari-  
tas.

<sup>1</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 1, num. 1. — <sup>2</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 1, punct. 1. — <sup>3</sup> In 4, dist. 22, qu. 3, art. 1, vers. *Secundum discrimen.* - Bañez, in 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 64, art. 8, dub. 1. - Petr. Ledesm., Sum., de Censur., cap. 1, concl. 3. - Gutier., Canon. quaest., lib. 1, cap. 3, n. 6. - Cornejo, de Censur. i. g., disp. 1, dub. 2. - Cordub., Quaestionar., lib. 5, qu. 43, dub. 4. - <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 1, num. 11. — <sup>5</sup> De Censur. disp. 1, sect. 3, nom. 2 et 3. — <sup>6</sup> Disp. 7,

de Irreg., qu. 1, punct. 1, num. 2. — <sup>7</sup> Tr. 29, disp. 1, punct. 1, num. 3 et 4. — <sup>8</sup> Tract. 10, cap. 1, num. 12. - Coninck, disp. 13, dub. 1, num. 5; cfr. etiam disp. 18, num. 1. - Valent., tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 1. - Avila, part. 1, dub. 5. - Henrig., lib. 13, cap. 2, num. 1, lit. a. - Candid., disquis. 22, artic. 2, dub. 4. - Machad., Perfecto confessor, lib. 1, part. 3, tract. 2, docum. 1, num. 1.

341. - a) De irregularitate scilicet quae ex delicto est. Nemo enim contendit irregularitatem ex defectu esse censuram.

b) Quidquid dicant Salmant., Covarruvia hoc non habet in cap. Alma mater, part. 2, § 2, n. 1.

## DUBIUM II.

## Quinam Effectus Irregularitatis.

342. *Effectus irregularitatis sunt: I. Inhabilitate ad ordines suscipiendos. II. Impedire exercitium ordinum. III. Invalide collationem beneficii. An id valeat de beneficio simplici.* — 343. *An collatio tunc sit ipso jure irrita.*

342. — « Resp. Sunt sequentes:

« I<sup>o</sup>. Inhabilitate ad ordines suscipiendos, etiam primam tonsuram. — [Ut communiter docent Suarez<sup>1</sup>, Palaus<sup>2</sup>, Bonacina<sup>3</sup>; et Salmant.<sup>4</sup> cum Avila et Diana].

« II<sup>o</sup>. Impedire exercitium ordinum susceptorum » [Ex cap. fin. de temp. ordin., et cap. 21, de accusat.]. — « Unde sacerdos irregularis, etsi valide, illicite tamamen absolvit. — Bonacina<sup>3</sup> ».

« III<sup>o</sup>. Quod collatio beneficii, ad cujus functiones inhabilis est, facta irregulari, « invalida sit, secundum sententiam communiorem et tutiorem. Etsi non improbabiler quidam dicant, eam non ipso facto irritam esse, sed merito irritandam. Laymann<sup>5</sup>, Silvester<sup>6</sup>, etc. Bonacina<sup>3</sup>. — Secundum quam sententiam « probabilem, resolves:

« 1<sup>o</sup>. Is, qui beneficium impetravit in « irregularitate, potest, obtenta hujus dispensatione, illud in foro conscientiae « licite retinere, sine nova collatione; « etiamsi in dispensationis impetratione « non sit facta mentio beneficii. — Item,

« si postea beneficio privetur, non tenetur « fructus restituere.

« 2<sup>o</sup>. Graviter peccat, qui in irregularitate exercet actum Ordinis, aut suscipit; licet ordines ei collati sint validi. — Ita etiam Palaus<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>4</sup> cum Cornejo. — Et sic etiam peccat graviter irregularis, suscipiens primam tonsuram: sicut ac episcopus, qui eam illi confert<sup>7</sup>; — ut Suarez<sup>1</sup>, Bonacina<sup>3</sup>, Palaus<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>4</sup> cum Avila, Cornejo et Gibalino.

Insuper hic notandum, quod irregularitas nullo modo privat iis actionibus, quae non requirunt exercitium Ordinis, et quas etiam laici exercere possunt, ut recipere sacramenta, officia canere, sicut et conferre beneficia; quia haec spectant ad usum jurisdictionis, non Ordinis. Item, matrimonio assistere, vel licentiam assistendi alteri praebere; dispensare in votis, absolvere a censuris, dare facultatem audiendi confessiones. — Ita Palaus<sup>2</sup>, Bonacina<sup>3</sup>, Laymann<sup>5</sup>, Renzi<sup>8</sup> cum Filliucio et Suarez, ac Salmant.<sup>4</sup> cum Coninck et Cornejo<sup>9</sup>.

Irregularitas privat solum exercitium Ordinis.

<sup>1</sup> Disp. 40, sect. 1, n. 11, v. *Respondeo*. — <sup>2</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 5, num. 2. — <sup>3</sup> Disp. 7, de Irreg., qu. 1, punct. 1, n. 4. — <sup>4</sup> Tract. 10, cap. 7, n. 22. — *Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 6, concl. 1. — *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 88. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 1. — <sup>6</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 21. — *Cornejo*, de Irregul., qu. 5, disp. 5, dub. 1. — <sup>7</sup> Disp. 40, sect. 2, n. 2. — <sup>8</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 1, punct. 4, n. 4. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 2. — <sup>10</sup> Loc.

cit., n. 22. — *Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 6, concl. 1. — *Cornejo*, loc. cit. — *Gibal.*, de Irregul., cap. 2, qu. 3, n. 3. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 4 et 14. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 5, 15 et seqq. — <sup>13</sup> Loc. cit. — <sup>14</sup> De Censur., tr. 4, cap. 2, sect. 1, qu. 3. — *Fill.*, tr. 19, cap. 3, n. 74; cfr. etiam n. 64, 75 et seqq. — *Suar.*, disp. 40, sect. 2, n. 24; cfr. etiam n. 8 et seqq., num. 26 et seqq. — <sup>15</sup> Loc. cit., n. 18 et 19. — *Coninck*, disp. 18, n. 3, 4 et 7.

342. — <sup>a</sup> Bonacina, *disp. 7, qu. 1, punct. 4, n. 1*, dixit utique in genere irregularitatem impedire usum ordinum; sed, *n. 2*, quaerens utrum impediat usum omnium ordinum, distinguit et affirmat, si irregularitas sit totalis; si vero partialis sit, impedit usum eorum dumtaxat quibus ponit impedimentum, v. g. sacerdos, cui amputatus est digitus, non prohibetur a sacramentali absolute, sed solum a celebratione missae. Denique, *n. 19*, validam esse ait confessionem factam sacerdoti irregulari, dummodo non sit denunciatus.

<sup>b</sup> Clarius: Laymann utramque opinionem affert, *lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 1, n. 2*

et 3, et citat Silvestrum pro sententia quae negat collationem esse ipso jure irritam; et ita revera tenet Silvester, v. Excommunicatio IV, n. 4. Bonacina autem, *loc. cit., qu. 1, punct. 4, n. 6*, tenet invalidam esse collationem.

<sup>c</sup> Auctores citati, praeter Salmant., de solo suscipiente loquuntur. Praeterea Bonacina affert quidem sententiam juxta quam mortaliter peccat irregularis suscipiens tonsuram, sed eam nec reprobat nec approbat.

<sup>d</sup> Cornejo, *loc. cit., dub. 3, qu. 2*, loquitur de jurisdictione contentiosa (sicut et Renzi) antea acquisita, quam negat tolli per irregu-

Quaeritur: an irregularis ipso facto beneficiis privetur?

Irregularitas non privat beneficiis antea obtentis.

Quoad beneficia obtenta ante irregularitatem — certum est apud omnes, irregularem illis non privari, nec privandum a iudice, si irregularitas ei supervenerit ex defectu infirmitatis; ut habetur in cap. *Ex parte, de clerico aegrot.* Si vero sit ex delicto, privari debet per iudicis sententiam. Et interim, licet ipse non privetur ipso facto, ut clare inferitur ex cap. *Ex litteris, de excess. praelat.*, tenentur tamen petere dispensationem. At, si eam non petit, vel non possit obtinere, tenetur statim, nisi magna labore necessitate, beneficia renuntiare, vel saltem in favorem tertii resignare; quia, cum non possit licite suum implere munus, nequit licite illa retinere. Ita communiter Suarez<sup>1</sup>, Palaus<sup>2</sup>, Bonacina<sup>3</sup>, Contin. Tournely<sup>4</sup>; ac Salmant.<sup>5</sup> cum Avila<sup>6</sup>, Valentia<sup>7</sup>, Sà<sup>8</sup>, Sayro<sup>9</sup>, Gibalino, Pellizzario, etc. — Si autem hujusmodi beneficiarius jam per alium impleverit munia sui beneficii, non est fructibus privandus; ut Suarez<sup>6</sup>, Bonacina<sup>3</sup>, Palaus<sup>2</sup>, Contin. Tournely<sup>4</sup>, Holz-

<sup>1</sup> Disp. 40, sect. 2, n. 15, 18 et seq. — <sup>2</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 5, num. 9, 11 et 15. — <sup>3</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 1, punct. 4, n. 8 et seqq. — <sup>4</sup> De Irregul., part. 1, cap. 3, i. f., n. 3. — <sup>5</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 25 et 28. — *Gibal.*, cap. 2, qu. 3, n. 17. — *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, n. 18. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 20 et seqq. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 13. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 29. —

mann<sup>10</sup>, Croix<sup>11</sup>; et Salmant.<sup>5</sup> cum Cornejo<sup>12</sup>, Pellizzario<sup>13</sup> et aliis passim.

An autem irregularis sit privandus pensionibus quas possidet? — Regulariter, probabilius negat Suarez<sup>6</sup>, Bonacina<sup>3</sup>, Palaus<sup>2</sup> et Salmant.<sup>5</sup>. Atque sic declarasse S. Congregationem refert Barbosa<sup>14</sup>. — Dictum est regulariter; nam (ut docent auctores praefati) bene poterit iudex, si crimen fuerit valde grave, eum etiam pensionibus privare.

343. — Quoad beneficia vero obtenta tempore irregularitatis jam contractae, — dubitatur: an collatio sit ipso jure nulla?

Si irregularitas sit partialis, nempe, si irregularis ob aliquem defectum corporalem non possit fieri sacerdos: tunc communiter dicunt, collationem huic factam esse validam et licitam. — Ita Palaus<sup>2</sup>, Cabassutius<sup>15</sup>, Roncaglia<sup>16</sup>; et Palaus<sup>16</sup> cum Valentia<sup>17</sup>, Bonacina, Garcia, Sayro. — Idemque supponunt etiam ut certum Salmant.<sup>5</sup>, Holzmann<sup>18</sup>, Suarez<sup>19</sup>, si beneficium sit simplex, nec habeat sibi adjunctum officium, sive exercitium Ordinis sacri, sed tantum recitationem Horarum,

Neque privat pensionibus.

Collatio est valida si irregularitas est partialis.

aut si agitur de beneficio simplici.

<sup>9</sup> Loc. cit., n. 11. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 12. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 27. — <sup>12</sup> In Trid. sess. 14, de reform., cap. 7, n. 7. Cfr. etiam Pallottini, v. *Irregularitas*, § 3, n. 143 et 144. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 5. — <sup>14</sup> Qu. 7, cap. 1, qu. 4, v. *Caeterum*. — <sup>15</sup> Loc. cit. — *Bonac.*, loc. cit., n. 3. — *Garcia*, de Benef., part. 7, cap. 12, n. 19. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 2, n. 23.

laritatem. Hinc, ait Renzi, episcopum irregularem posse excommunicare, ab excommunicatione absolvere, verbaliter deponere, etc.

<sup>e</sup> Avila, *part. 7, disp. 2, dub. 6, concl. 4*, dicit irregularem istum posse beneficium servare donec per iudicem privetur, « dummodo non sit in mora petendi dispensationem ».

<sup>f</sup> Valentia, *tom. 4, disp. 7, qu. 19, punct. 3, v. Ad extremum*; Sà, v. *Irregularitas, n. 4*, negat solum privari ipso jure beneficio acquisito. Et pro hac tantum assertionis parte citantur a Salmant.

<sup>g</sup> Sayrus, *lib. 6, cap. 2, n. 24*, negat esse privatum ipso jure, ideoque lite pendente posse renuntiare in favorem tertii.

<sup>h</sup> Bonacina, *loc. cit., n. 10*; Holzmann, *n. 321*; Croix, *lib. 7, n. 439*, dicunt eum posse retinere fructus.

<sup>i</sup> Cornejo, *loc. cit., dub. 2, qu. 4*, dicit posse retinere fructus usque ad sententiam declarationis criminis, si crimen ipso jure privet beneficium; et usque ad sententiam privatam, si non privet ipso jure.

<sup>j</sup> Pellizzarius, *loc. cit., n. 18*, negat pri-

vari ipso jure fructibus beneficii jam obtenti, modo inserviat saltem per vicarium.

<sup>k</sup> Suarez, *disp. 44, sect. 4, n. 3*, id habet de pensione obtinenda; quod sane et potiori ratione valet pro jam obtenta.

343. — <sup>a</sup> Cabassutius, quod sciam, id non habet, *lib. 5, cap. 19, n. 2*.

<sup>b</sup> Valentia, *loc. cit., punct. 2, v. Et dicendum*, id plane innuit, scribens: « Si defectus impedit tantummodo usum seu executionem unius vel aliquorum ordinum determinate, non est putandum incurri tunc irregularitatem quoad usum ceterorum ordinum ».

<sup>c</sup> Salmant., *tr. 10, cap. 7, n. 33*, clarius scribunt: « Alia... beneficia, quae vel dumtaxat recitationem divini officii exigunt, ut beneficia simplicia, vel solum exercitium ordinis vel alia munia ecclesiastica, quae talis irregularis potest licite exercere, nemini dubium est posse valide ab eo suscipi ».

<sup>d</sup> Holzmann, *de Poenis eccl., n. 320*, negat solum validam esse collationem beneficii factam irregulari, qui est inhabilis ad ejus

aut aliquid aliud quod etiam laici possint exercere: tunc enim ajunt, valide suscipi tale beneficium ab irregulari.

An autem *privetur ipso facto beneficii requirentibus exercitium Ordinis sacri?* — Adest duplex sententia:

*Prima* communior affirmat<sup>1)</sup>. Et hanc tenent Suarez<sup>1</sup> (vocans communem), Bonacina<sup>2</sup>, Lessius<sup>3</sup>, Contin. Tournely<sup>4</sup>, Cabassutius<sup>5</sup>; item Covarruvias, Avila, Henriquez, Garcia, Sayrus, Villalobos et Cornejo, apud Salmant.<sup>6</sup> (qui etiam dicunt esse communem). — Probatur ex *cap. 2, de cleric. non ordin. ministr., cap. 2 de clericis pugnans in duello, cap. Dudum, de elect. et cap. Cum bonae, de aetate, qualitat., etc. praeficiendor. f.)*, et praesertim ex Tridentino<sup>7</sup>, ubi dicitur ut: *Nulla tempore ad sacros ordines (irregularis) promoveri possit, nec illi aliqua ecclesiastica beneficia... conferre liceat. Praeterea: Nec aliis imposterum fiat provisio, nisi iis qui jam aetatem et caeteras habilitates integre habere dignoscantur; aliter irrita sit provisio.* — Ratio, quia beneficium datur propter officium; unde qui inhabilis est ad officium, cum non possit Ordinem exercere, est etiam inhabilis ad beneficium.

<sup>1</sup> Disp. 40, sect. 2, num. 36. — <sup>2</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 1, punct. 4, n. 6. — <sup>3</sup> Lib. 2, cap. 34, n. 120. — <sup>4</sup> De Irregul., part. 1, cap. 3, n. 2, v. *Irregularitas antecedens.* — <sup>5</sup> Lib. 5, cap. 19, n. 2. — *Covar.*, in cap. *Alma mater*, part. 1, § 7, n. 1. — *Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 6, concl. 3. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 2, num. 5, lit. c. — *Garcia*, part. 7, cap. 11, num. 1 et seqq. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 2, num. 21. — *Villal.*, tr. 21, diff. 2, n. 12. — *Cornejo*, de Irregul., qu. 5, disp. 5, dub. 2, qu. 1 et dub. 3, qu. 3. — <sup>6</sup> Tr. 10, cap. 7, num. 30. — <sup>7</sup> Sess. 14, de reform., cap. 7. — <sup>8</sup> Sess. 22, de reform. cap. 4. — <sup>9</sup> In cap. *Cum nostris*, de concess.

functiones. Idemque habet Suarez, *disp. 40, sect. 2, n. 31*, limitans tamen suam doctrinam ut non procedat ad beneficia quae dantur solum propter officium Horas recitandi, vel quod obliget ad ministerium non necessario exercendum personaliter. Et expressius, *n. 38*: « Quando irregularitas, inquit, non est totalis, sed respectu alicujus actus aut temporis, non reddere clericum incapacem cujuscumque beneficii: sed tantum illius quod habet annexam obligationem tali irregularitati repugnantem ».

<sup>1)</sup> Auctores hic allegati non loquuntur de beneficio quod requirat exercitium ordinis sacri; sed absolute dicunt collationem beneficii factam irregulari invalidam esse. Et ple-

*Secunda* vero sententia dicit, talem collationem non esse irritam, sed tantum a iudice irritandam<sup>2)</sup>. Ita Innocentius<sup>3</sup>, Silvester<sup>4</sup>, Laymann<sup>5</sup>, Viva<sup>6</sup>, Elbel<sup>7</sup>, Roncaglia<sup>8</sup>, Palaus<sup>9</sup>, Diana<sup>10</sup>; et Salmant.<sup>11</sup> cum Felino, Ancharano, Gibalino, etc. Et probabile censent Suarez<sup>12</sup>, Lessius<sup>13</sup>; et Coninck, Bonacina, Hurtado, etc. apud Diana<sup>14</sup>. — Ratio, quia non sunt imponendae poenae, nisi in jure sint expressae: nullibi autem habetur expressum quod irregularitas reddat hominem incapacem beneficii. Unde irregularis, quamvis graviter peccet (ut advertit Suarez) acceptando et retinendo beneficium sine dispensatione, sicut etiam peccat qui illud ei confert; tamen si suppleat per alium munia beneficii, non tenetur fructus restituere. — Canones vero qui opponuntur, teste ipso Suarez (qui oppositam sententiam probabiliorē putat), nihil aliud probant, nisi quod talis collatio sit illicita, non tamen invalida. Nec obstat textus Tridentini, ubi dicitur irrita provisio beneficii, quae fit in personam inhabilem; nam respondetur, irregularem non dici inhabilem ad licitam beneficii perceptionem.

*Prima sententia* videtur probabilior. — Licet enim jura non expresse declarent

praebend., num. 1. — <sup>10</sup> V. *Excommunicatio IV*, n. 4. — <sup>11</sup> De Irregul., confer. 5, n. 158. — <sup>12</sup> Qu. 7, cap. 1, qu. 4, v. *Loquendo etiam.* — <sup>13</sup> Tr. 49, disp. 6, punct. 5, n. 7. — <sup>14</sup> Loc. cit., num. 34. — *Felin.*, in cap. *Inquisitionis*, de accusation., num. 6 et 7. — *Ancharan.*, in reg. juris 5 *Peccati venia*, in 6<sup>o</sup>, num. 4. — *Gibal.*, cap. 2, qu. 3, n. 9. — <sup>15</sup> Loc. cit., n. 35. — <sup>16</sup> Loc. cit., n. 120, i. f. *Coninck*, disp. 18, num. 6. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 4, n. 6 et 7 (non citat a Diana pro hoc asserto). — *Gasp. Hurt.*, de Irregul., disp. 1, diff. 5, n. 21. — <sup>17</sup> Part. 4, tr. 2, resol. 37. — *Suar.*, loc. cit., n. 34. *Suar.*, loc. cit., n. 30, 33 et 37.

rique explicite intelligunt de irregularitate totali.

<sup>1)</sup> Cap. *Cum bonae* tractat de insordescensibus per triennium in suspensione.

<sup>2)</sup> Auctores hic pro secunda sententia citati tractant indistincte et absolute de collatione beneficii facta irregulari.

<sup>3)</sup> Laymann, *lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 1, n. 3*; et Viva, *de Censur., qu. 3, art. 1, n. 5*, hanc sententiam ex aliis auctoribus referunt; et Viva videtur eam amplecti eo quod ejus rationes enucleatius exponit.

<sup>4)</sup> Diana, *part. 4, tr. 2, resol. 37*, probabilē utique hanc opinionem existimat; in fine tamen his verbis concludit: « Verum, his non obstantibus, tu ne recedas a prima opi-

Alii esse solum irritandam.

Secunda satis probabilis.

Prima sententia videtur probabilior.

Nulla incurritur irregularitas nisi in jure expressa.

hanc collationem invalidam, tamen communior sententia doctorum sic illa interpretantur; nam sensus doctorum (ut fateatur ipse Laymann) est optimus legum interpres.

Sed hoc non obstante, *secunda* sententia videtur<sup>1)</sup> satis probabilis. — Hic ta-

men advertendum, quod, adhuc stante probabilitate hujus sententiae, nequit irregularis se immittere in possessionem beneficii; quia (ut diximus *Lib. III. n. 761, v. Sed quid*) nemo cum opinione probabilis potest inchoare possessionem rei alienae.

### DUBIUM III.

#### Quomodo incurratur, et tollatur Irregularitas.

344. *An in dubio irregularitas incurratur.* — 345. *Non incurritur, nisi in jure sit expressa* — 346. *Dub. 1. In dubio de irregularitate contracta, quomodo quis se gerere debeat. Et quid, si dubium sit juris.* — 347. *Dub. 2. Quid in dubio facti, praeter homicidium. Dub. 3. Quid in dubio homicidii commissi. Dub. 4. Quid, in dubio de animatione foetus, si abortus fuerit patratu.* — 348. *An ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiratur culpa mortalis, et actus externus ac consummatus.* — 349. *Qu. 1. Quid, si crimen fuerit externum, sed prorsus occultum.* — 350. *Qu. 2. An ad incurrendam irregularitatem requiratur scientia legis.* — 351. *Qu. 3. An etiam scientia poenae.* — 352. *Quot modis tollatur irregularitas.* — 353. *Irregularitas tollitur per dispensationem. Quis possit in ea dispensare. Plura notanda.* — 354. *Quomodo tollatur irregularitas ex defectu natalium per professionem religiosam.* — 355. *Praelati regulares, in quibus irregularitatibus possint dispensare.*

344. — « Resp. I<sup>o</sup>. Cum ab homine non « feratur, nulla incurritur, nisi in jure « expressa habeatur (cap. *Is qui, de sent. excom., in 6<sup>o</sup>*). Unde, in dubio sive facti, « sive juris, tenere potes quod non sis « irregularis; quia melior est conditio « possidentis. Bonacina<sup>1</sup>, ex Suarez, Fil- « liuccio, etc. — Excipe tamen, si dubites « de homicidio, saltem injusto, a te com- « misso; ut patet ex cap. *Significasti* et « cap. *Ad audientiam 2, de homicid.* Vide « Bonacina<sup>2</sup> ».

345. — Plura hic notabilia examinanda. Certum est, quod nulla incurritur irregularitas, nisi in jure sit expressa; ex dicto cap. *Is qui, de sent. excom., in 6<sup>o</sup>*, ubi dicitur: *Cum id non sit expressum in jure etc.* In quo sapienter ait Sua-

rez<sup>3</sup>, Pontificem ibi nihil novi statuisset, sed principium illud declarasse, quod in dubio judicandum, poenam non esse latam, vel non extendendam ultra casus expressos.

Hujus autem *juris* nomine, veniunt tantum decreta Pontificis, sive concilii a Papa approbati, non autem aliorum; nec venit consuetudo. Ita Suarez<sup>4</sup>, Contin. Tournely<sup>5</sup>, Diana<sup>6</sup>; et Salmant.<sup>6</sup> cum Pellizzario, Gibalino et Machado. — Hinc infertur, ad incurrendam irregularitatem non valere argumentum a simili, nec a majori ad minus; ut communiter docent Palaus<sup>7</sup>, Laymann<sup>8</sup>; et Salmant.<sup>9</sup> cum Cornejo et Gibalino. — Advertit vero Laymann<sup>10</sup> quod si dubium vertatur circa aliquam irregularitatem, an sit expressa

*Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 4, cap. 1, n. 3. — <sup>1</sup> Disp. 7, de Irreg., qu. 1, punct. 5, num. 2 et 3. — *Suar.*, disp. 40, sect. 5, n. 4 et 18 et sect. 6, n. 6, n. 8 et 13. — *Fill.*, tr. 19, cap. 2, n. 39, 41, 47 et 49. — <sup>2</sup> Loc. cit., n. 3. — <sup>3</sup> Loc. cit., sect. 5, num. 5. — <sup>4</sup> Loc. cit., sect. 4, nn. 11, 13 et seqq. — <sup>5</sup> De Irreg., part. 1, cap. 2, v. *Quaeres 2* et v. *Hinc col-*

*liges.* — <sup>6</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 7 et 8. — *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, num. 5. — *Gibal.*, cap. 2, qu. 1, n. 3 et seqq. et num. 10. — *Machad.*, lib. 1, part. 3, tr. 15, docum. 1, n. 4 et 5. — <sup>7</sup> Loc. cit., disp. 6, punct. 3, num. 10. — <sup>8</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 1, n. 6. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 3. — *Cornejo*, qu. 5, disp. 1, dub. 2, v. *Ex quo infero.* — *Gibal.*, loc. cit., num. 11.

nione affirmativa [esse irritam collationem] tamquam tutiori in praxi ».

<sup>1)</sup> Postea S. Doctor, *Hom. Apost., tr. 19, n. 76*, dixit hanc sententiam recte vocari probabilem.

345. — <sup>a)</sup> Diana, *part. 8, tr. 7, resol. 28*, hanc utique opinionem, sed etiam contrariam, probabilem existimat.

<sup>b)</sup> Laymann, *loc. cit., n. 6*, non de dubio sed absolute haec scribit: « Negari non posse

in jure, admittenda est, semper ac communis sensus doctorum et consuetudo eam firmaverint; quia haec sunt optima legum interpretes.

346. — Sed dubitatur 1°. *Utrum, in dubio an quis irregularitatem contraxerit, debeat ut irregularem se gerere?*

Intellige, de dubio *prudenti*; nam dubium ex scrupulis, sive levibus rationibus ortum, nihili faciendum est. Intellige etiam de dubio negativo, seu suspensivo. — Nam si dubium sit *positivum*, ante diligentiam ad veritatem inquirendam quisque debet se gerere ut irregularem <sup>a)</sup>; prout docent Sanchez <sup>1</sup>, Suarez <sup>2</sup>, Palaus <sup>3</sup>; et Salmant. <sup>4</sup> cum Coninck, ex cap. *Illud, de clerico excom.* Nisi gravis necessitas urgeat, nempe si occasio occurrat recipiendi ordines, aut beneficium; ut Salmant. <sup>5</sup> cum iisdem. — Post vero sufficientem diligentiam, is bene potest se habere ut non irregularem, probabili opinioni acquiescens; ut Suarez <sup>6</sup>, Palaus <sup>7</sup>; Salmant. <sup>8</sup> cum Hurtado, Cornejo, Gibalino.

Difficultas igitur est, *cum quis dubitat dubio negativo?*

Resp. Si dubium est *juris*, nempe, si dubitatur an irregularitas sit a jure assignata, an non, pro aliquo actu; tunc nemo tenetur se gerere ut irregularem in foro conscientiae, nec in externo ut talis damnandus est. Tum quia in dubio, nemo suo

jure spoliandus est; tum quia, cum dubitatur de lege, lex non obligat, saltem quia tunc non est sufficienter promulgata. — Ita communiter doctores: Sanchez <sup>9</sup>, Palaus <sup>10</sup>, Suarez <sup>11</sup>, Bonacina <sup>12</sup>, Roncaglia <sup>13</sup>, Concina <sup>b)</sup>, Diana <sup>c)</sup>; Salmant. <sup>14</sup> cum Coninck, Avila <sup>c)</sup>, Cornejo et Valentia; Moya <sup>c)</sup> cum Lugo, Navarro <sup>c)</sup>; et Contin. Tournely <sup>15</sup> cum Covarruvias <sup>c)</sup> et Habert <sup>c)</sup>. — Quid, si dubium sit *facti*?

347. — Dubitatur 2°. *Utrum incurratur irregularitas in dubio facti, nempe, si dubitatur an quis crimen pataverit* (praeter homicidium: nam de hoc loquimur in Dubio sequenti)?

*Prima sententia* affirmat. Et hanc tenent Concina <sup>16</sup> et contin. Tournely <sup>a)</sup> cum Sayro et Habert; ex cap. *Ad audientiam, de homicid.* ubi dicitur: *Cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, vos convenit injungere presbytero memorato, ut in sacris ordinibus non ministret.* Ergo in omni materia pars securior sequenda est.

*Secunda* tamen *sententia* communis et verior negat. Eamque tenent Cabassutius <sup>17</sup>, Suarez <sup>18</sup>, Bonacina <sup>19</sup>, Diana <sup>20</sup>, Roncaglia <sup>21</sup>, Palaus <sup>22</sup>; et Salmant. <sup>23</sup> cum Coninck, Avila, Machado, Cornejo, Gibalino et Henriquez. — Ratio <sup>1</sup>a. Quia odia sunt restringenda, et nemo in dubio est damnandus; ex reg. *Favorabiliores 125*,

Decurs. praevius, part. 1, de Consc., cap. 2, qu. 26, n. 150, cum n. 1 et 2. — <sup>16</sup> De Irregul., part. 1, cap. 4, concl. 2, v. *Gravis hic.* — <sup>17</sup> De Censur., diss. 2, cap. 5, n. 8 et 9. — *Sayr.*, lib. 6, cap. 2, n. 16. — *Habert.*, de Ord., part. 3, cap. 6, § 1, qu. 3, resp. 2. — <sup>18</sup> Lib. 5, cap. 20, n. 14. — <sup>19</sup> Disp. 40, sect. 6, n. 8 et 13. — <sup>20</sup> Loc. cit., n. 3. — <sup>21</sup> Part. 4, tr. 2, resol. 52. — <sup>22</sup> Loc. cit., quaest. 1, resp. 2. — <sup>23</sup> Loc. cit., n. 9. — <sup>24</sup> Loc. cit., n. 46. — *Coninck*, loc. cit., n. 22. — *Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 5, concl. 2. — *Machado*, lib. 1, part. 3, tr. 15, docum. 3, § 7. — *Cornejo*, loc. cit., dub. 2. — *Gibal.*, loc. cit., n. 12; cfr. part. 1 Scient. canon., lib. 3, cap. 7, § 4, consect. 4. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 3, n. 4, lit. f et seqq.

<sup>c)</sup> Diana, *part. 4, tr. 2, resol. 52*; Avila, *part. 7, disp. 2, dub. 5, concl. 1*; Moya, *tr. 5, qu. 6, § 2, n. 8*; Navarrus, *in cap.* Si quis autem, *de poenit., dist. 7, n. 39 et 40*; Covarruvias, *in clem.* Si furiosus, *part. 1, init., n. 3*; Habert, *de Ordine, part. 3, cap. 6, § 1, qu. 3, resp. 1*, non distinguunt inter dubium negativum et positivum, sed absolute negant aliquem in dubio juris censi irregularem.

347. — <sup>a)</sup> Rectius: Sayrus et Habert *apud* Contin. Tournely, *loc. cit.*, v. *Circa*.

videtur quasdam irregularitates sine jure expresso per doctorum ita opinantium auctoritatem introductas, atque diuturna Ecclesiae consuetudine firmatas fuisse, quae non minus quam aliae censurae vim obtinere debent.

346. — <sup>a)</sup> Sanchez et Suarez, sicut et cap. *Illud*, hoc dicunt de dubio in genere.

<sup>b)</sup> Concina hoc satis indicat, dum dicit, *de Censur., diss. 2, cap. 5, n. 9* eligendam esse tutiorem, «quoties dubium probabile est, utrinque solidis rationibus nixum»; quasi significans aliud esse, si dubium negativum sit.

*ff. de regulis juris*, et ex cap. *Cum sunt 11, eod. tit., in 6°*, ubi: *Cum sunt partium jura obscura, reo favendum est potius quam actori.* Et idem in cap. *un. Ut ecclesiastica benef. sine diminut. confer.* Non est autem recedendum ab hac regula tam rationi consona, sine textu expresso: qui tantum habetur in dubio homicidii, non vero aliorum criminum. — Ratio 2<sup>a</sup>. Quia (ut diximus supra, n. 345) irregularitas non incurritur, nisi in jure exprimitur. In jure autem, solus homicida dicitur censendus esse irregularis in dubio homicidii; non alius delinquens. — Ratio 3<sup>a</sup>. Et potissima est, quia cum hic dubitetur, an id quod currit in materia homicidii, currat etiam in aliis materiis, dubium etiam est juris: at in dubio juris etiam adversarii (ut vidimus) concedunt, non incurri irregularitatem.

Nec obstant textus allati. — Nam respondetur 1°. cum Navarro <sup>b)</sup> et Suarez <sup>b)</sup>, quod ibi ratio adducta (nempe, quod in dubiis pars tutior eligenda est) non assignatur ut praeceptum necessario et univarse observandum; sed ut rationale motivum decentiae, ob quod maxime convenit dignitati sacrificii, ut sacerdos in dubio homicidii a celebrando absteat: ne, si forte deinde certo fuisse homicida noscatur, cum scandalo populi inveniat celebrasse. Idque aperte declaratur in cap. *Petitio tua, eod. tit. de homic. volunt.*, ubi: *Cum sit consultius, in hujusmodi*

<sup>1</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, n. 38. — *Hostien.*, in cap. *Ad audientiam, de homic. volunt.*, n. 15. — *Armit.*, v. *Irregularitas*, n. 8 et 9. — *Tabiena*, v. *Irregularitas I*, n. 4.

<sup>b)</sup> Navarrus *in cap.* Si quis autem, *de poenit., dist. 7, n. 35*, ita sane dictum istud interpretatur, sed excipit, *n. 41*, casum homicidii. Et ita etiam Suarez, *disp. 40, sect. 6, n. 9 et 11*.

<sup>c)</sup> Innocentius, *in cap.* Ad audientiam, *de homicid., i. f.*, censetur ita tenere, juxta Sanchez, in quantum absolute pronuntiat in dubio de homicidio neminem reputari irregularem.

<sup>d)</sup> Salas a Sanchez adducitur quia dicit id non videri improbable; et ita revera habet Salas *in 1am 2ae, tr. 8, sect. 6, n. 70*: «Nec improbable videtur... post examinationem in dubio facti, hominem non censendum irregularem». Quamvis prius scripserit: «Conveniunt autem omnes in foro interno dubium de homicidio censendum irregularem, ita ut

*dubio* (scilicet homicidii) *abstinere, quam temere celebrare.* Nota illud *sit consultius*; ergo non est praeceptum. Quis autem neget aliquando decere quod, ex rationabili motivo, per legem positivam prohibeatur aliqua actio per se non illicita? Sed cum ratio illa indecentiae soli homicidio competat, alios casus non comprehendit. — Respondetur 2°. Quod, licet ratio alios etiam casus comprehenderet; in irregularitatibus ex delicto, sicut in omnibus aliis poenis, non est arguendum de uno casu ad alium similem, etiamsi eadem, immo major ratio currat: nisi uterque casus sit in jure expressus. Idque fortius procedit in irregularitatibus, circa quas (ut vidimus n. 345) sancitum est, nullas incurri, nisi illas quae in jure expressae sunt.

Dubitatur 3°. *Utrum censendus irregularis, qui dubitat an pataverit homicidium?* — Adsunt diversae sententiae:

Alii dicunt, hunc esse irregularem tantum in foro externo, non autem conscientiae. Ita Innocentius <sup>c)</sup>, Salas <sup>d)</sup> et Henriquez <sup>e)</sup>, apud Sanchez <sup>1</sup>. — Alii ex opposito dicunt, esse irregularem in foro conscientiae, non autem in externo <sup>f)</sup>. Ita Hostiensis, Armilla, Tabiena, etc. apud eundem Sanchez <sup>2</sup>. Sed verius tenendum cum communi, hunc in utroque foro judicandum esse irregularem. Ita Palaus <sup>3</sup>, Bonacina <sup>4</sup>, Roncaglia <sup>5</sup>; Sanchez <sup>6</sup> cum Navarro <sup>g)</sup>, Paludano <sup>g)</sup> et Ledesma <sup>g)</sup>; ac

<sup>2</sup> Loc. cit., n. 39. — <sup>3</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 3, num. 8. — <sup>4</sup> Disp. 7, qu. 1, punct. 5, n. 3. — <sup>5</sup> Qu. 7, cap. 2, qu. 1, resp. 2. — <sup>6</sup> Loc. cit., num. 42.

Dubitans de homicidio, verius est irregularis in utroque foro.

a ministerio altaris abstinere teneatur; quod verum esse videtur... si non sit aliud damnum praeter abstinentiam a ministerio illo.

<sup>e)</sup> Henriquez, *lib. 14, cap. 14, n. 3, litt. o*, utique negat censendum esse irregularem in conscientia; sed, *cap. 13, n. 2*, de pugnatis in bello scripserat, ut ipse Sanchez notat: «Si autem dubitat an ipse occiderit aliquem, et probabilius reputet occidisse, absteat tamquam irregularis».

<sup>f)</sup> Auctores isti pro hac sententia allegantur a Sanchez, quatenus duplicem in hoc irregularitatis dubio regulam tradunt; priorem scilicet: ut in dubio nec magister nec judex debet quempiam reputare irregularem; alteram vero: unusquisque debet se in dubio reputare irregularem.

<sup>g)</sup> Navarrus, *Man., cap. 27, n. 228*; Pa-

Quid in dubio levi.

In dubio positivo.

In dubio negativo juris, datur libertas.

In dubio facti (praeter homicidium) obligaris, juxta alios.

Objectioni satisf.

Verius datur libertas.

Probat.

Salmant.<sup>1</sup> cum Cornejo, Avila<sup>2</sup>) et Sayro. Et probatur ex cap. *Significasti*, cap. *Ad audientiam* et cap. *penult.*, de homicid. volunt., ubi ratio quae ibi adducitur, nempe, quod in dubio tutor pars eligenda est, utrumque forum comprehendit.

Sed hic notandum 1<sup>o</sup>. Quod hoc procedit, casu quo aliquis certus est de homicidio (ut supponitur in praefatis textibus), et solum dubitat an ipse sua actione fuerit causa illius. Secus, si dubitet de ipso homicidio, an fuerit secutum vel non; ut valde rationabiliter dicunt Pichler<sup>3</sup>, Elbel<sup>4</sup>, Diana<sup>5</sup>, Tamburinius<sup>6</sup> et Sporer<sup>6</sup>. — Unde dicit Diana<sup>7</sup> cum Navarro, Menochio<sup>8</sup>) et Quaranta, quod si medicus aperuit venam praegnantem ut abortus sequeretur, sed postea non constat de abortu secuto, non est censendus irregularis, neque in foro interno neque externo; quia (ut habetur in leg. 1, § *Item illud*, ff. de SC. Silvaniano) non proceditur contra aliquem ad poenas, nisi constet de corpore delicti. — Secus vero dicendum, si media adhibita ad abortum fuerint adeo efficacia, ut ex eis communiter sequatur effectus; quia tunc praesumptio fit ex communiter contingentibus: ut Navarrus<sup>9</sup>) et Mascardus apud Diana<sup>8</sup>, ex leg. ult., cap. De fide instrum.

Notandum 2<sup>o</sup>. Quod in praedictis textibus sancitum est, dubitantes de homici-

dio iudicandum esse irregularem, quoad duos dumtaxat effectus, scilicet, *abstinendi a celebratione et quaerendi dispensationem*, ut jura loquuntur.

Ex quo infertur 1<sup>o</sup>. Hanc sanctionem valere tantum pro clericis, non autem pro laicis; cum homicidium magis dedecet statum clericorum quam laicorum. Ita Salmant.<sup>9</sup> et Roncaglia<sup>10</sup>. — Infertur 2<sup>o</sup>. Valere tantum ad praedictos duos effectus: non autem quoad alios, nempe privationem beneficiorum, etc.; ut Sanchez<sup>11</sup>, Suarez<sup>12</sup>, Roncaglia<sup>13</sup> et Salmant.<sup>14</sup>; et Palaus<sup>15</sup> cum Panormitano, Molina, Coninck<sup>16</sup>), Sayro, Hurtado et Salas. — Infertur 3<sup>o</sup>. Dubitantem de mutilatione non esse habendum ut irregularem, sicut habendus dubitans de homicidio; quia id tantum de homicidio statutum est: ut Sanchez<sup>16</sup>, Bonacina<sup>17</sup>, Roncaglia<sup>18</sup>, Salmant.<sup>19</sup> et Suarez<sup>20</sup>; contra Navarrum et Henriquez.

Dubitatur 4<sup>o</sup>. *An habendus ut irregularis qui abortum commisit, dubitans an fuerit vel non animatus?*

De hoc vide dicta de quinto Praec., Lib. III, n. 396, ubi id negavimus ex sententia veriori, cum plurimis auctoribus. — Quibus adde Delbene<sup>21</sup>, et doctum auctorem libelli: *Istruz. per li novelli Confessori*<sup>22</sup>: qui testatur in praxi prolem femininam non censeri animatam, nisi

<sup>1</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 45. - Cornejo, qu. 5, disp. 6, dub. 2. - Sayr., lib. 6, cap. 2, n. 16. - <sup>2</sup> Lib. 5, tit. 12, n. 27. - <sup>3</sup> De Irregul., confer. 6, n. 190. - <sup>4</sup> Part. 7, tr. 5, resol. 26. - <sup>5</sup> Lib. 10, tr. 4, de Irregul., cap. 5, § un., n. 13 et 18. - <sup>6</sup> Tr. 5, cap. 3, num. 129 et 137. - <sup>7</sup> Loc. cit., resol. 26. - <sup>8</sup> Navar., consil. 47, de homicid. - <sup>9</sup> Quaranta, Sum., v. Abortus, n. 5. - <sup>10</sup> Mascard., Conclus. 732, n. 5 et 7. - <sup>11</sup> Part. 7, tr. 5, resol. 26. - <sup>12</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 45. - <sup>13</sup> Qu. 7, cap. 2, qu. 1, resp. 2. - <sup>14</sup> Decal., lib. 1, cap. 10, num. 45. - <sup>15</sup> Disp. 40, sect. 6, n. 6. - <sup>16</sup> Loc. cit. - <sup>17</sup> Loc. cit., n. 45. -

<sup>18</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 3, n. 8. - <sup>19</sup> Panorm., in cap. Significasti 18, de homicid., n. 4. - <sup>20</sup> Molina, tr. 3, disp. 67, n. 6. - <sup>21</sup> Sayr., Clav., lib. 1, cap. 13, n. 24; cfr. de Censur., lib. 6, cap. 2, n. 16. - <sup>22</sup> Gasp. Hurt., de Irregul., disp. 1, diff. 4, n. 17. - <sup>23</sup> Salas, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, tr. 8, sect. 19, n. 176. - <sup>24</sup> Loc. cit., n. 49. - <sup>25</sup> Disp. 7, qu. 1, punct. 5, n. 4. - <sup>26</sup> Loc. cit., qu. 1, resp. 2. - <sup>27</sup> Loc. cit., n. 45. - <sup>28</sup> Disp. 40, sect. 6, n. 13. - <sup>29</sup> Navar., Man., cap. 27, n. 228. - <sup>30</sup> Henriq., lib. 14, cap. 8, n. 4. - <sup>31</sup> De Immun. eccl., cap. 2, dub. 4, sect. 20, n. 22. - <sup>32</sup> Is est Giordanini, part. 2, cap. 18, n. 464 et seq.

ludanus, in 4, dist. 25, qu. 3, art. 2, concl. 3 (n. 16); Martinus Ledesma, 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 26, art. 2, § de Irregul.; Avila, part. 7, disp. 2, dub. 5, concl. 2, hanc videntur tenere sententiam in quantum absolute negant in dubio de homicidio censendum esse quempiam irregularem, nullam distinctionem apponentes fori externi et interni. Ledesma tamen (quod et Sanchez notavit in 2<sup>a</sup> sententia) tradit initio regulam generalem secundum his verbis: « In foro exteriori nullus in dubio irregularis censendus est; sed potius negativa pars tenenda est in foro interiori ».

<sup>b</sup>) Menochius, a Diana citatus: *Arbitr. judic.*, cap. 357, n. 18 et 19, id non habet, saltem in editione Lugdunensi an. 1583.

<sup>c</sup>) Navarrus, *Consil. 47, de homicid.*, citatus a Diana, indirecte hoc innuit; negat enim irregularem esse qui consulit gravidam sectionem venae, si dubium sit abortum inde secutum esse, « quia licet periculosum sit gravidam minuere sanguine, non tamen est certum eas minutitas sanguine abortire vel mori ».

<sup>d</sup>) Coninck, *disp. 18, dub. 2, n. 22*, hoc non habet, quidquid dicat Palaus.

octogesimo die, masculinam vero quadragesimo; ut tradunt S. Thomas<sup>32</sup>) cum Alberto Magno, et alii. Idque confirmatur ex dictis supra, *Dubii*. 3.

348. — « Resp. II<sup>o</sup>. Ut incurratur irregularitas ex delicto, requiritur actus « externus consummatus, et mortalis; ut « habet communis, contra Cajetanum<sup>a</sup>). « — Ratio, quia est gravis poena, et difficulter relaxatur ».

Ideo ad hanc irregularitatem incurramur:

Requiritur: 1<sup>o</sup>. *Peccatum mortale*. — Ex quo infertur, quod si quis excusatur a mortali ex aliqua circumstantia, excusatur etiam ab irregularitate; ut docent Sanchez<sup>1</sup>, Suarez<sup>2</sup>, Contin. Tournely<sup>3</sup>, Concina<sup>4</sup>, Escobar<sup>5</sup>; et Salmant.<sup>6</sup> cum Coninck, Diana et aliis passim: ex cap. 5 de poenis, in 6<sup>o</sup>, ubi dicitur poena gravissima non esse infligenda pro levi culpa. — Infertur praeterea, quod praeceptum obligans sub poena irregularitatis, intelligitur etiam obligare sub mortali. Suarez, Palaus, Coninck<sup>b</sup>) et Salmant.<sup>7</sup>

Requiritur 2<sup>o</sup>. *Actus exterior*. — Quando autem in aliqua bulla aut canone conceditur dispensare in irregularitate mentali,

<sup>1</sup> De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 29. — <sup>2</sup> Disp. 40, sect. 3, a num. 17. — <sup>3</sup> De Irregul., part. 1, cap. 2, qu. 3, resp. 2. — <sup>4</sup> De Censur., diss. 2, cap. 5, n. 8. — <sup>5</sup> Lib. 53, n. 90 et seqq. — <sup>6</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 12. — <sup>7</sup> Coninck, disp. 18, dub. 2, n. 13. — <sup>8</sup> Diana, part. 2, tr. 16, resol. 18 et part. 3, tr. 6, resol. 51. — <sup>9</sup> Suar., de Legib., lib. 4, cap. 19, n. 19. — <sup>10</sup> Palaus, tr. 3, disp. 1, punct. 15, n. 4. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 12. — <sup>12</sup> Palaus, tr. 29, disp. 6, punct. 3, n. 1. — <sup>13</sup> Coninck, loc. cit., n. 11. — <sup>14</sup> Covar., in clem. Si furiosus, part. 1, init., n. 4. —

<sup>k</sup>) S. Thomas, in 3, dist. 3, qu. 5, art. 2, corp. negat maris conceptionem perfici usque ad quadragesimum diem, foeminae autem usque ad nonagesimum. Apud B. Albertum Magnum sententiam istam reperire nequivi. Ceterum quid sentiendum sit de hac opinione, vide not. n ad lib. 3, n. 394.

348. — <sup>a</sup>) Cajetanus, *Sum. v. Irregularitas*, subobscurum hoc modo loquitur: « Irregularitatem non solum a laicis incurri quandoque sine peccato (ut cum iudex occidit maleficem), verum cum clericis etiam male operando incurrit irregularitatem, non propterea peccat mortaliter, ita quod actus aliquis habens annexam irregularitatem non induit peccatum mortale ».

<sup>b</sup>) Coninck, *loc. cit.*, n. 11, id forte significat, ubi negat Pontificem posse irregularitatem mere poenalem pro veniali imponere.

intelligitur revera, quando irregularitas est occulta. Palaus, Coninck, Covarruvias, Avila, etc. communiter, cum Salmant.<sup>8</sup>

Requiritur 3<sup>o</sup>. *Actus exterior consummatus*: ut Contin. Tournely<sup>9</sup>; et Salmant.<sup>10</sup> cum Soto, Pellizzario, Gibalino. — Vide dicta de Censur., n. 36.

349. — Sed quaeritur 1<sup>o</sup>. *An incurratur irregularitas ob crimen externum et consummatum, sed prorsus occultum, ita ut a solo delinquente notitia haberi possit?* — Adsunt tres sententiae:

*Prima* universe negat, et hanc tenent Rodriguez<sup>a</sup>), Mendo<sup>b</sup>), Castro, Bruno<sup>c</sup>), etc. apud Diana<sup>11</sup>. — Quia (ut ajunt) non datur irregularitas, nisi in jure sit expressa: in jure autem nullibi fit mentio de irregularitate ob crimen omnino occultum.

*Secunda sententia*, quam tenent Ledesma, Corduba<sup>d</sup>), Henriquez<sup>e</sup>), etc. apud Salmant.<sup>12</sup>, excipit tantum homicidium. — Quia tantum in crimine homicidii irregularitas inducta est, non solum propter scandalum aliorum; sed etiam propter intrinsicam indecentiam, ne sacerdos offerens vice Christi, Agni mansueti, post

*Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 1, concl. 1, v. *Sed contra*. — <sup>8</sup> Loc. cit., num. 13. — <sup>9</sup> Loc. cit., resp. 2. — <sup>10</sup> Loc. cit., num. 13. — <sup>11</sup> Soto, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 9. — <sup>12</sup> Pelliz., tr. 7, cap. 5, n. 8 et 9. — <sup>13</sup> Gibal., cap. 2, qu. 2, n. 2 et 4. — <sup>14</sup> Alphons. de Castro, de Lege poenali, lib. 2, cap. 15, v. *Tertia principal. conclusio*. — <sup>15</sup> Part. 12, i. f., Resol. miscell. 6, v. *Secundum dubium*. — <sup>16</sup> Martin. Ledesma, 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 26, art. 2, § de Irregular., fol. 367. — <sup>17</sup> Loc. cit., num. 15.

349. — <sup>a</sup>) Rodriguez, *Quaest. regul.*, tom. 1, qu. 24, art. 11, sententiam hanc negativam ut probabilem habet, loquens de irregularitate ex homicidio.

<sup>b</sup>) Mendo, in *Bull. Cruciat.*, disp. 37, cap. 6, n. 70, censetur a Diana habere hanc opinionem ut probabilem, dum contrariam communiorem et veriore tantum appellat.

<sup>c</sup>) Bruno Chassaing, *Privileg. regular.*, tr. 5, cap. 4, propos. 1, v. *Verum non levis*, loquens de homicidio, hanc sententiam vocat multum probabilem, sed « contraria, addit, est communior et probabilior ». Et ita etiam a Diana allegatur.

<sup>d</sup>) Corduba, *Quaestionar.*, lib. 1, qu. 35, non solum homicidium, sed et alia scelera excipit, quidquid dicat Salmant.

<sup>e</sup>) Henriquez, *lib. 14, cap. 3, n. 2, lit. n et q*, concordat utique, sed casu quo irregu-

Circa quod debeat verti dubium.

Est irregularis quoad solum duos effectus.

Consecratoria.

Ad incurramur irregularitatem ex delicto requiritur:

1<sup>o</sup> Peccatum mortale.

2<sup>o</sup> Actus externus.

In dubio de animatione non incurritur irregularitas.

3<sup>o</sup> Actus consummatus.

Ob crimen occultum alii dicunt non incurri irregularitatem.

Alii incurri si agitur de homicidio.

homicidium ministret in altari. Item quia, respectu ad homicidium, in Tridentino<sup>1</sup> dicitur: *Qui per industriam occiderit proximum suum..., ab altari avelli [debet], etc.* Ergo quicumque occidit ex industria, etsi occulte, jam fit irregularis.

Verius  
semper in-  
curritur.

*Tertia sententia* verior, quam tenent Palaus<sup>2</sup>, Diana<sup>3</sup>; et Salmant.<sup>4</sup> cum Covarruvias, Avila, Coninck et Pellizzario, universe affirmat, non solum quoad homicidium (propter rationes mox allatas), sed etiam quoad alia crimina<sup>5</sup>. — Ratio, quia Ecclesia, crimina reservando, etiam occultissima reservat: modo suae jurisdictioni subiaceant, nempe si sint externata, licet nulli alii patefacta; prout imposuit excommunicationem haeresi omnino occultae (ut dictum est n. 305). — Quod autem de facto irregularitatem imposuerit delictis quomodocumque occultis, patet ex cap. *Liceat 6, de reform., Trid. sess. 24*, ubi concilium, facultatem praebens episcopis absolvendi ab irregularitatibus et censuris occultis, nominat sub unico vocabulo *occultis* haeresim, homicidium et alia crimina. Ergo, sicut propter haeresim omnino occultam jam incurritur excommunicatio, et propter homicidium

<sup>1</sup> Sess. 14, de reform., cap. 7. — <sup>2</sup> Tract. 29, disp. 6, punct. 3, n. 1. — <sup>3</sup> Part. 12, i. f., resol. miscell. 6, v. *Verum ergo*, et part. 7, tr. 11, resol. 48. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 16. — *Covar.*, in clem. *Si furiosus*, part. 2, § 3, n. 4. — *Avila*, part. 7, disp. 2, dub. 2, concl. 2. — *Coninck*, disp. 18, dub. 2, n. 16. — *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, n. 10. — <sup>5</sup> Disp. 40, sect. 5, n. 10. — <sup>6</sup> De Poenis eccl., n. 311. — *Asor*, part. 1, lib. 1, cap. 15, qu. 6. — *Felin.*, in cap. 2, de Constit., num. 6. — <sup>7</sup> De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 16. — <sup>8</sup> Part. 3, tit. 24, cap. 33, v. *Item nota*. — <sup>9</sup> Disp. 1, de Censur., qu. 2,

omnino occultum irregularitas; ita etiam propter alia crimina occulta, irregularitas incurritur.

An autem irregularitas proveniens ex homicidio prorsus occulto possit dispensari ab episcopo? — Vide infra n. 392, ubi id negabimus.

350. — Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An, ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiratur scientia legis Ecclesiae prohibentis?*

*Prima sententia* universe negat, dicens, sufficere solam cognitionem peccati commissi. Ita Suarez<sup>5</sup>, Holzmann<sup>6</sup>; et Azor ac Felinus apud Sanchez<sup>7</sup>. — Ratio: tum quia lex humana intendit punire non solum transgressionem sui praecepti, sed etiam legis divinae; tum quia qui vult antecedens, vult etiam consequens; unde qui vult peccatum, vult etiam poenam peccati.

*Secunda vero sententia* communissima et probabilior affirmat. Et hanc tenent S. Antoninus<sup>8</sup>, Bonacina<sup>9</sup>, Palaus<sup>10</sup>, Navarrus<sup>11</sup> cum Cajetano<sup>a)</sup>, Silvestro<sup>b)</sup> et Angelo; Sanchez<sup>12</sup> cum Innocentio<sup>c)</sup>, Abbate<sup>d)</sup>, Hostiensi, Manuele<sup>e)</sup>, Vivaldo<sup>f)</sup>, etc.; Salmant.<sup>13</sup> cum Cornejo et Leandro; ac Bossius<sup>14</sup> cum Panormitano<sup>d)</sup>, Henrico, Tabiena<sup>g)</sup>, Villalobos,

punct. 1, n. 13 cum n. 7. — <sup>10</sup> Tr. 2, disp. 1, punct. 17, num. 2. — <sup>11</sup> Man., cap. 23, n. 47, i. f. — *Angel.*, v. *Ignorantia*, n. 4 et v. *Excommunicatio VII*, cas. ult., n. 3. — <sup>12</sup> De Matr., lib. 9, disp. 32, num. 17 et 9. — *Hostien.*, in cap. *A nobis 21*, de sent. excom., n. 1. — <sup>13</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 49. — *Cornejo*, disp. 6, dub. 3, concl. 3. — *Leand.*, de Irregul., tract. 1, disp. 4, qu. 4. — <sup>14</sup> De Effect. Matr., cap. 5, num. 188. — *Henric. Boich.*, in cap. *A nobis 21*, de sent. excom., num. 15. — *Villal.*, part. 1, tract. 2, diff. 15, num. 3.

Ad incur-  
rendam ir-  
regularita-  
tem:

juxta alios,  
non requiri-  
tur scientia  
legis.

Probabi-  
lius requi-  
ritur.

laritas est primaria poena culpae, secus vero si proveniat ex violatione prioris poenae.

<sup>f)</sup> Quibus scilicet per se annexa est irregularitas, et non solum ratione enormitatis, vel notorietatis, ut explicant Salmant., Covarruvias, Avila et Coninck.

350. — <sup>a)</sup> Cajetanus, in *Iam 2ae*, qu. 76, art. 3, v. *Ad hoc dicitur*, non satis accurate citatur a Navarro; nam si consentit de excommunicatione, addit tamen: «Secus autem forte esset de irregularitate, si fuisset annexa, quia sequitur factum et non requirit culpam».

<sup>b)</sup> Silvester, v. *Ignorantia*, n. 16, cum Cajetano consentit.

<sup>c)</sup> Innocentius, in cap. 1, de excessib. praelat., n. 3, non dicit hoc de irregularitate, nec citatur a Sanchez pro praesenti casu.

<sup>d)</sup> Abbas Panormitanus, in cap. *A nobis 21*, de sent. excom., n. 9, de poenis in genere

loquens, ait opinionem istam aequiorem esse, licet contrariam putet in rigore viorem. Sed in cap. *Pastoralis 53*, de appellat., § *Verum*, n. 15, quod citatur etiam a Sanchez, scribit: «Quaedam sunt quae non concernunt poenam contemptus, ut est irregularitas; et ista non afficiunt excommunicatum, quia non contempsit, et per consequens non est puniendus poena contemptus».

<sup>e)</sup> Emmanuel Rodriguez non satis recte citatur a Sanchez; loquitur enim de eo qui ignorat poenam legis, in *Sum.*, part. 1, cap. 194, n. 3.

<sup>f)</sup> Vivaldus, *Candelab. aur.*, part. 2, tit. de *Suspens.* n. 209 (edit. 1590: part. 2, de *Susp.*, n. 179) de suspensione tractat, non de irregularitate.

<sup>g)</sup> Tabiena, v. *Excommunicatio VII*, n. 2, hoc de omnibus censuris docet.

et Reginaldo. — Et probatur 1<sup>o</sup> Ex can. *Proposuisti*, dist. 82, ubi Innocentius I declaravit, quosdam clericos incontinentes non esse deponendos, juxta constitutionem Siricii Papae, eo quod eam ignorabant: et tamen eorum incontinentia erat quidem contra legem naturalem. — Probatur 2<sup>o</sup> Ratione. Quia, cum lex ecclesiastica imponit poenam super crimine a lege divina vetito, novum jus condit; qui autem peccat contra legem divinam, ignorans invincibiliter ecclesiasticam, peccat utique contra illam, non vero contra hanc; ergo incurrere debet quidem poenam divinae legis, non autem humanae (juxta dicta *Lib. VI*, n. 1072).

Idem dicendum putant Palaus<sup>1</sup>, Viva<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>3</sup> cum Cornejo, Leandro et Machado<sup>h)</sup>, de eo qui committit homicidium, ignorando legem Ecclesiae illud vetantem, vel in rixa ad legem non advertendo. Hunc enim dicunt excusari ab irregularitate, cum eam non incurrat, neque ob delictum, neque ob defectum. Non ob delictum; quia non peccat contra legem Ecclesiae quam ignorat, vel ad quam non advertit (juxta sententiam mox supra probatam). Neque ob defectum; quia irregularitatem ex defectu solum incurrunut ii qui ad occasionem concurrunt ut ministri necessarij ad causae cognitionem, vel executionem poenae; ut probabiliter alibi dicunt Palaus<sup>4</sup>, Diana<sup>5</sup>;

*Regin.*, lib. 31, num. 298; cfr. lib. 30, tr. 2, num. 15. — <sup>1</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 6, num. 1. — <sup>2</sup> De Censur., qu. 8, art. 2, n. 4 et 5. — <sup>3</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 51. — *Cornejo*, disp. 6, dub. 3, concl. 3. — *Leand.*, de Irreg., tr. 1, disp. 4, qu. 4. — <sup>4</sup> Loc. cit., punct. § 3, num. 7. — <sup>5</sup> Part. 3, tr. 5, resol. 80, v. f. — <sup>6</sup> Tr. 10, cap. 9, num. 8. — *Gasp. Hurt.*, de Irregul., disp. 2, diff. 11, num. 39 et 40. — *Pelliz.*, tr. 7, cap. 5, num. 170 et 173. — *Turrian.*, lib. 9, disp. 67, dub. 4, in princ. — <sup>7</sup> De Censur., disp. 40, sect. 5, n. 10. — *Merol.*, disp. 1, cap. 2, n. 49. — <sup>8</sup> Sess. 14, de reform., cap. 7. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 9. — <sup>10</sup> Lib. 1, tr. 5, cap. 5, n. 8. — <sup>11</sup> Lib. 7,

et Salmant.<sup>6</sup> cum Vasquez<sup>7)</sup>, Hurtado, Pellizzario et Turriano. — Attamen docent incurrere Suarez<sup>7</sup>, Bossius<sup>8)</sup>; et Diana<sup>9)</sup> cum Merolla et Mercero<sup>h)</sup>. Nam ideo imposita est irregularitas homicidio, quia est actio lenitati contraria, quae valde dedecet altaris ministrum. Unde talis homicida non proprie ratione delicti aut defectus irregularitatem incurrit; sed ratione indecentiae, propter quam ab altari est repellendus, juxta id quod dicitur in Tridentino<sup>8</sup>, ubi: *Cum etiam qui per industriam occiderit proximum suum et per insidias, ab altari avelli debeat.*

Alii non  
valere.

Haec secunda sententia videtur valde probabilis, et tenenda. — Sed primam non audeo reprobare; cum hujusmodi irregularitas, in casu praefato, non habeatur omnino expressa in jure.

Judicium  
S. Doctoris.

351. — Quaeritur 3<sup>o</sup>. *An, ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiratur etiam scientia poenae, id est irregularitatis?*

*Prima sententia* negat, et hanc tenent Suarez<sup>9</sup>, Laymann<sup>10</sup>, Croix<sup>11</sup>, Contin. Tournely<sup>12</sup>, Anacletus<sup>13</sup>, Elbel<sup>14</sup>; Holzmann<sup>15</sup> cum Cardenas<sup>a)</sup> et Pichler; item Sotus, Pontius, Molina, Vasquez, Azor, Salas, Reginaldus, Filiuccius, etc. apud Bossium<sup>16</sup>. — Ratio, quia irregularitas non est poena medicinalis ad cavenda crimina in futurum: sed vel est inhabilitas; vel poena mere punitiva, propter maculam

Juxta alios,  
non requiri-  
tur scientia  
poenae.

n. 482. — <sup>10</sup> De Irreg., part. 1, cap. 4, concl. 1. — <sup>11</sup> Id est *Kresslinger*, addit. ad Anaclet. Reiffenstuel, tr. 13, de Censur., dist. 3, post n. 23, addit. 5. — <sup>12</sup> De Irreg., confer. 5, n. 161. — <sup>13</sup> De Poenis eccl., n. 311. — *Pichler*, lib. 5, tit. 37, n. 25. — *Sotus* (a Bossio non cit.) in 4, dist. 22, qu. 1, art. 2, v. f. — *Pontius*, de Matr., lib. 10, cap. 6, n. 12. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 5, disp. 71, n. 9. — *Vasq.*, de Excom., dub. 16, v. *Contrariam*. — *Asor*, part. 1, lib. 1, cap. 15, qu. 6. — *Salas*, de Legib., disp. 15, sect. 9, num. 113. — *Regin.*, lib. 30, tr. 2, num. 15. — *Fill.*, tr. 11, cap. 8, a num. 257. — <sup>16</sup> De Effect. Matrim., cap. 5, n. 168.

<sup>h)</sup> Machado, *lib. 1, part. 3, tr. 15, docum. 3*, n. 3, non satis recte citatur a Salmant.; hoc enim dicit de homicidio culpabili, commisso cum ignorantia irregularitatis ipsius, seu cum ignorantia poenae.

<sup>i)</sup> Vasquez ita «sentiebat» ait Turrianus, ex quo Diana allegationem mutuatus est; vel expressius, ut ait Hurtado: «Quod mihi interroganti respondit Vasquez».

<sup>j)</sup> Bossius, *loc. cit.*, cap. 5, n. 174; Diana, *part. 4, tr. 2, resol. 85*, hoc dicunt de igno-

rante poenam irregularitatis esse delicto annexam.

<sup>k)</sup> Mercerus ita citatur a Diana: «Vide etiam» Mercerus, qui revera, *qu. 66, art. 9*, v. *Notandum 6o*, haec tantum scribit: «Incurri irregularitatem, ubi est ignorantia juris divini, ut supponitur in casu de homicidio».

351. — <sup>a)</sup> Cardenas, *disp. 75*, n. 37, hanc sententiam tenet de irregularitate quae est ex homicidio, propter specialem indecentiae rationem.

culpa, ob quam Ecclesia reddit delinquentem inhabilem ad altaris ministerium. Unde sufficit, quod talis poena sit imposita a lege actui vetito, quem reus jam scienter et culpabiliter committit, licet ignorans poenam. — Praeterea, qui vult causam, id est peccatum, debet subiacere etiam effectui, scilicet poenae, quamvis ignoratae. — Haec sententia est quidem valde probabilis.

Probabiliter requiritur.

Secunda vero sententia affirmans, satis etiam probabilis videtur. Et hanc tenent Navarrus<sup>1</sup>, Sylvester<sup>2</sup>, Sanchez<sup>3</sup>, Palaus<sup>4</sup>, Roncaglia<sup>5</sup>, Tamburinus<sup>6</sup>, Diana<sup>7</sup>, Bossius<sup>8</sup> cum Coninck<sup>9</sup>, Sayro, Duardo, Felino<sup>10</sup>, etc.; item Cornejo<sup>11</sup>, Rodriguez, Portellus et Leander, apud Salmant.<sup>3</sup> (qui vocant aequo probabilem, ac primam). Et etiam probabilem censent Suarez<sup>12</sup> et Renzi<sup>13</sup>. — Ratio, quia irregularitas ex delicto censetur vera poena, imposita in vindictam criminis. Licet autem non requiratur scientia poenae, ut ipsa incurrat quando poena est ordinaria, et talis, ut ex natura ipsius criminis aliquo modo praevideri possit (cum ipsum lumen naturale dictet, malum juxta

<sup>1</sup> Man., cap. 23, num. 47, i. f. — <sup>2</sup> De Matr., lib. 9, disp. 32, n. 21. — <sup>3</sup> Sayr., de Censur., lib. 1, cap. 18, n. 37. — <sup>4</sup> Duard., in Bull. Coenae, lib. 1, cap. 2, qu. 5, n. 30 et 31. — <sup>5</sup> Rodrig., Sum., part. 1, cap. 194, num. 3. — <sup>6</sup> Portel., Dubia regularia, v. Ignorantia, n. 22. — <sup>7</sup> Leand., tr. 1, disp. 4,

<sup>b</sup>) Sylvester, v. Ignorantia, n. 14, priorem sententiam tenet.

<sup>c</sup>) Palaus, tr. 2, disp. 1, punct. 17, n. 6 et tr. 29, disp. 6, punct. 6, n. 3; Roncaglia, tr. 4, qu. 7, cap. 2, qu. 2, resp. 2; Coninck, disp. 18, dub. 4, n. 31, probabilem existimant hanc secundam opinionem.

<sup>d</sup>) Tamburinus, lib. 10, tr. 4, de Irreg., cap. 4, § 5, n. 5, adducit opinionem quae negat incurri irregularitatem, una excepta scilicet, quae ex homicidio est; n. 9, opinionem quae affirmat omnes incurri, nulla excepta. Et, n. 13, utramque probabilem esse iudicat. Diana, part. 4, tr. 2, resol. 85; Bossius, de Effect. Matrim., cap. 5, n. 173 et 174, negant incurri irregularitatem quae ex mero delicto est, (ut ponitur in quaesito a S. Alphonso), ideoque excipiunt eam quae ex homicidio provenit.

<sup>e</sup>) Felinus, a Bossio citatus ex Covarruvia, tenet contrarium; scribit enim, in cap. 2, de Constitut., n. 6: « Statutum prohibens factum damnatum jure, et addens poenam, non ligat probabiliter ignorantem respectu poenae... Non obstat quod dans operam rei

suam naturam esse puniendum); requiritur tamen scientia poenae, quando illa est extraordinaria et exorbitans, ita ut, secundum rei naturam, ne in confuso quidem possit praevideri; et hujusmodi utique est poena irregularitatis. — Nec obstat dicere, quod volens peccatum debet sustinere poenam. Nam respondetur cum Navarro<sup>1</sup>, quod, esto ad poenam incurrendam non requiratur consensus in poenam, tamen requiritur consensus in causam poenae. Et ut quis consentiat in causam poenae, docet D. Thomas<sup>2</sup>, non sufficere consensum in actum peccaminosum, qui jam est causa poenae; sed peccantem debere scire talem actum esse causam poenae.

352. — Quatuor autem modis tollitur irregularitas:

1<sup>o</sup>. Per *cessationem causae*, si irregularitas sit ex defectu, v. gr. aetatis, ignorantiae, paupertatis, etc. — Suarez<sup>4</sup>, Laymann<sup>5</sup>, Contin. Tournely<sup>6</sup>, Roncaglia<sup>7</sup>; et Salmant.<sup>8</sup> cum Sayro, etc.

Notandum autem, quod cum quis est irregularis ob *infamiam*, si infamia est *popularis*, tollitur per emendationem, ex

qu. 5. — <sup>2</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 53 et seqq. — <sup>3</sup> Disp. 41, sect. 1, n. 6, v. *Tertio*. — <sup>4</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 4, n. 10. — <sup>5</sup> De Irregul., part. 3, cap. ult. — <sup>6</sup> Tr. 4, qu. 7, cap. 2, qu. 3, resp. 1. — <sup>7</sup> Tr. 10, cap. 7, num. 55. — <sup>8</sup> Sayr., lib. 7, cap. 14, n. 23.

illicitae punitur de casu subsecuto, et sic ultra intentionem: quia verum est ubi sufficit culpa, puta pro irregularitate... secus ubi requiritur dolus... vel secus ubi agitur de alia poena quam irregularitate.

<sup>f</sup>) Cornejo, disp. 6, dub. 3, concl. 2, sententiam hanc tenet de irregularitatibus, quae sunt verae censurae, ut notant Salmant.; nam in sententia hujus auctoris, initio dubii, quaedam irregularitates sunt censurae, quaedam sum purae poenae in vindictam delicti vel inhabilitates ob aliquas indecentias inculpabiles.

<sup>g</sup>) Suarez, loc. cit., n. 9, non loquitur de probabilitate hujus sententiae, imo eam videtur negare, dicens in materia irregularitatis cessare rationem qua dixerat, disp. 4, sect. 9, n. 10, ignorantiam invincibilem excusare a censura proprie dicta.

<sup>h</sup>) Quin etiam Renzi, de Censur., tr. 4, cap. 2, sect. 1, qu. 7, simpliciter hanc tenet opinionem.

<sup>i</sup>) Seu melius Navarrus, Man., cap. 27, n. 274, ex D. Thoma, 2<sup>a</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 64, art. 8.

Irregularitas tollitur per cessationem causae.

can. 4, dist. 56 et can. 18, dist. 50. Si est infamia *facti*, tollitur per mutationem loci. Contin. Tournely<sup>1</sup> et Roncaglia.<sup>2</sup> — Si vero infamia est *juris*, scilicet per sententiam iudicis, tunc ad eam tollendam omnino requiritur dispensatio.

Per baptismum.

2<sup>o</sup>. Per *baptismum*, si irregularitas sit ex delicto; qui enim homicidium patravit ante baptismum, post illum non manet irregularis<sup>1</sup>. — Salmant.<sup>2</sup> cum Coninck, Sayro, etc.

Per dispensationem.

3<sup>o</sup>. Per *dispensationem*: de qua *num. sequenti*.

Per professionem religiosam.

4<sup>o</sup>. Per *professionem* religiosam: de qua infra, n. 354 et 355.

353. — « Resp. III<sup>o</sup>. Irregularitas non tollitur per absolutionem, sed per dispensationem, hac vel simili forma: *Dispenso tecum in irregularitate, quam, vel quas, ob hanc vel illam causam incurristi*. Et si quidem dispensans intendat tollere omnes, idque possit, omnes tollit: sin minus, eam tantum tollit, quam potest et vult. Etsi vero haec dispensatio ad Pontificem spectet, ex jure tamen novo Tridentini, ubi est receptum, potest episcopus dispensare in irregularitatibus provenientibus ex delicto, et non deducto ad forum conten-

<sup>1</sup> De Irreg., part. 2, cap. 6, v. f., v. *Circa 2<sup>um</sup> dico*. — <sup>2</sup> Tr. 4, qu. 7, cap. 2, qu. 3, resp. 1. — <sup>3</sup> Tr. 10, cap. 7, num. 57. — <sup>4</sup> Coninck, disp. 18 dub. 14, n. 109. — <sup>5</sup> Sayr., lib. 7, cap. 13, n. 2. — <sup>6</sup> Disp. 7, de Irreg., qu. 5, punct. 1, n. 3; cfr. qu. 4, punct. 8, n. 1 et 2 et punct. ult., n. 2. — <sup>7</sup> Sess. 24, de reform., cap. 6 *Liceat*. — <sup>8</sup> Suar., disp. 41, sect. 2, n. 6; cfr. disp. 44, sect. 1, n. 5. — <sup>9</sup> Sanch., Decal., lib. 2, cap. 11, n. 2. — <sup>10</sup> Fill., tr. 20, cap. 10, qu. 6, a n. 267; cfr. cap. 1, n. 5. —

352. — <sup>a</sup>) Improperie scilicet tollitur per baptismum, ut notant Salmant. et Coninck, quatenus scilicet requiritur ut delictum subsequatur baptismum, ad effectum inducendi irregularitatem, etiam ex homicidio.

353. — <sup>a</sup>) Tridentinum excipit irregularitatem quae est « ex homicidio voluntario »; quod juxta Suarez, Bonacina, Filliucium et Laymann requirit voluntatem expressam et directam sive occidendi sive saltem ponendi actionem ex qua moraliter et per se mors sequatur. Sanchez, loc. cit., non distinguit voluntarium directum ab indirecto.

<sup>b</sup>) Suarez, disp. 44, sect. 3, n. 28, dicit solum: « Qui duplex homicidium committit, duas irregularitates incurrit ».

<sup>c</sup>) Coninck ita profecto docet, disp. 18, n. 112; sed excipit irregularitatem ex homi-

« tiosum; nisi tamen sit homicidium, di-recte et in se volitum<sup>a</sup>. — Bonacina<sup>4</sup> ex « Tridentino<sup>5</sup>, Suarez, Sanchez, Filliucius, etc. Laymann.<sup>6</sup> ».

Hic notandum 1<sup>o</sup>. Quod si dispensaretur a Papa super aliqua irregularitate sine justa causa, dispensatio erit valida (quamvis non licita). Si vero dispensaretur ab inferiore erit et amplius nulla. — Salmant.<sup>7</sup>

Dispensatio concessa sine justa causa.

Notandum 2<sup>o</sup>. Si quis plures irregularitates contraxerit ejusdem speciei (puta, si pluries ministravit cum censura), sufficit tunc ad obtinendam dispensationem, si dicat, pluries in illas incidisse. Ita Suarez<sup>8</sup>, Palaus<sup>9</sup>; et Salmant.<sup>9</sup> cum Coninck<sup>10</sup>. — Immo Sanchez; et Navarrus, Henriquez ac Avila apud Salmant.<sup>10</sup>, docent sufficere, si dicat tantum, se irregularem esse ob talem culpam<sup>d</sup>.

Quid, si quis pluries incurrit irregularitatem.

Notandum 3<sup>o</sup>. Quod praelatus, si admittat quemdam ad Ordinem vel beneficium, quem scit irregularem, censetur cum eo dispensare<sup>e</sup>. — Bonacina<sup>11</sup>; ac Salmant.<sup>12</sup> cum Henriquez et Avila.

Dispensatio implicita.

354. — « Praeterea, irregularitas ex defectu natalium tolli etiam potest per professionem in religione approbata: sed quoad ordines tantum, non quoad prae-

Irregularitas ex defectu natalium quomodo tollatur per professionem.

<sup>1</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 9, n. 4; cfr. lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 4, n. 1. — <sup>2</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 60. — <sup>3</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 16. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 61. — <sup>5</sup> Sanch., de Matr., lib. 8, disp. 24, num. 7. — <sup>6</sup> Navar., Consil. 3, de raptor, num. 6. — <sup>7</sup> Henr., lib. 12, cap. 10, n. 3. — <sup>8</sup> Avila, part. 7, disp. 10, dub. 8. — <sup>9</sup> Loc. cit. — <sup>10</sup> Disp. 7, De Irreg., qu. 5, punct. 1, num. 9. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 61. — <sup>12</sup> Henriquez, lib. 14, cap. 17, n. 4. — <sup>13</sup> Avila, loc. cit., dub. 6, v. *Tertio*.

cidio; qui enim plures homines occidit, inquit, videtur plures irregularitates incurrere.

<sup>d</sup>) Auctores citati a Salmant., loquuntur solum de irregularitate quam contrahit excommunicatus qui celebrat in excommunicatione. Navarrus addit celebrationem ab illo qui illegitimitate vel alia irregularitate innodatur, et etiam celebrationem in irregularitate ob raptum pluries factum ejusdem personae. Noto tamen Avilam, licet exemplum de sola violatione censurae afferat, principium illud generale proponere: « Quando delicta non sunt diversa, sed unum pluries repetitum, v. g. si pluries celebravit excommunicatus, sufficit dicere, se esse irregularem, quia celebravit excommunicatus ».

<sup>e</sup>) Si intentionem habeat dispensandi, uti addunt Bonacina, Henriquez, Avila.

« laturas (cap. 1 de filiis presbyter.). Bonacina<sup>1</sup>, Layn. ann.<sup>2</sup>, Suarez, Sanchez, Lessius » [Ita etiam communiter Sanchez<sup>3</sup>, Suarez<sup>4</sup>, Holzmann<sup>5</sup> et Contin. Tournely<sup>6</sup>; ex concessione Gregorii XIV<sup>a</sup>), Clementis VIII et Pauli V] — « contra Villalobos, qui apud Diana<sup>7</sup> dicit, tolli quoad omnia solita gubernari per fratres illius ordinis, ut prioratus, praeposituras, rectoratus, et caetera munia. — Circa quae, praelatos saltem posse cum iis dispensare, in capitulo tamen generali vel provinciali, notat Diana<sup>8</sup> ex Barbosa ». [Et ita etiam Palaus<sup>9</sup> et Holzmann.<sup>9</sup> cum Sayro.]<sup>b</sup>.

Notant autem Bonacina<sup>10</sup>; et Contin. Tournely<sup>11</sup> cum Sayro, quod dispensatio ad dignitates non intelligitur ad episcopatum. — Quod autem dicit Sotus<sup>c</sup>, scilicet, per professionem religiosam tolli omnes irregularitates, id communius negant auctores apud Salmant.<sup>12</sup>

<sup>1</sup> Disp. 7, de Irreg., qu. 5, punct. 2, n. 2 et seqq. — <sup>2</sup> Lib. 1, tr. 5, part. 5, cap. 9, n. 6. — <sup>3</sup> Suar., disp. 50, sect. 5, n. 12 et 15. — <sup>4</sup> Sanchez, Decal., lib. 5, cap. 5, n. 9 et 16. — <sup>5</sup> Less., de Just., lib. 2, cap. 41, dub. 8, n. 73. — <sup>6</sup> De Matr., lib. 7, disp. 86, n. 4. — <sup>7</sup> Disp. 41, sect. 1, n. 3. — <sup>8</sup> De Poenis eccl., n. 323, v. Per professionem. — <sup>9</sup> De Irregul., part. 2, cap. 1, v. Quae res quot modis. — <sup>10</sup> Villal., part. 1, tr. 13, diff. 60, n. 10. — <sup>11</sup> Part. 4, tr. 2, resol. 65. — <sup>12</sup> Loc. cit. — <sup>13</sup> Barb., de Jure eccl., lib. 1, cap. 42, n. 200. — <sup>14</sup> De Poenis eccl., num. 323, v. Per professionem. — <sup>15</sup> Disp. 7, de Irregul., qu. 2, punct. 3, n. 14. — <sup>16</sup> Loc. cit., cap. 1, i. f.

354. — <sup>a</sup>) Gregorius XIV, Clemens VIII et Paulus V, a Contin. Tournely, § Quod dixi, adducuntur non pro hoc asserto, sed pro privilegio, quod praelatis regularibus concessum est, dispensandi scilicet subditos illegitimos ad quoscumque sacros, etiam presbyteratus, ordines et ad quascumque dignitates et praelaturas ordinis. Quod revera Gregorius XIV concessit sua bulla *Circumspecta*, de die 15 Martii 1591, § 4 (in Bullario Mainardi), cum generali tamen aut provinciali aut intermedio capitulo. Hanc tamen facultatem idem Gregorius XIV, sua bulla *Illum qui*, de die 21 Sept. 1591, § 29 superioribus generali et de ejus licentia omnibus superioribus, etiam localibus, concessit, nulla mentione facta de capitulo. Habetur etiam in Bullario Mainardi. Quod autem apud Contin. Tournely de Paulo V dicitur falsum est. Ibi enim indicatur annus 1599; sed illo anno regnabat Clemens VIII. Unde loco Pauli V videtur legendus Paulus III, qui anno 1549, 15 kal. Nov., sua bulla *Licet debitum*, relata in Instituto S. J., eandem facultatem concessit Praeposito generali Soc. Jesu et de ejus licentia prae-

« Unde resolves:

« 1<sup>o</sup>. Solus Papa, et qui ab eo accepit privilegium, potest dispensare in irregularitatibus ex defectu.

« 2<sup>o</sup>. Confessarius in nullis irregularitatibus potest dispensare, nisi habeat speciale privilegium a Papa ».

355. — Praelati autem regulares, ut dicunt Salmant.<sup>13</sup> cum Bauny, Candido et aliis; ac Sporer<sup>14</sup> cum Herincx, ex privilegio S. Pii V, in bulla 13 (relato in extensum a Salmant.<sup>15</sup>) et ex alio Gregorii XIII (allato ab iisdem)<sup>a</sup>), possunt dispensare cum suis subditis in omni irregularitate occulta, in qua possunt episcopi cum suis. Et, etiamsi irregularitas proveniat ex bigamia, et homicidio adhuc voluntario<sup>b</sup>), modo non sit notorium; ut ait Palaus<sup>16</sup>, ex privilegio Martini V<sup>c</sup>) (relato apud Rodriguez); et Sporer<sup>17</sup> cum Portello. Qui tamen ait cum eodem Rodriguez, id intelligi tantum de dispensa-

n. 7. — <sup>13</sup> Sayr., lib. 6, cap. 11, n. 28. — <sup>14</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 58. — <sup>15</sup> Loc. cit., n. 63. — <sup>16</sup> Bauny, Theol. mor., part. 2, tr. 11, num. 58, § Dico 4 et seqq. — <sup>17</sup> Canit., disquis. 24, art. 59, dub. 3. — <sup>18</sup> Suppl. Decal., cap. 3, n. 167. — <sup>19</sup> Herincx, de Censur., disp. 6, qu. 7, n. 194. — <sup>20</sup> S. Pius V, bulla *Romani Pontificis*, de die 21 Julii 1571, § 3, in Bullar. Rodriguez. bulla 13; in Bullar. Mainardi, bulla 166. — <sup>21</sup> Tract. 10, cap. 2, n. 71. — <sup>22</sup> Tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 2. — <sup>23</sup> Rodrig., Quaest. regul., tom. 1, qu. 24, art. 12. — <sup>24</sup> Loc. cit., n. 167. — <sup>25</sup> Portel., Dubia regul., v. *Dispensare*, num. 8. — <sup>26</sup> Rodrig., loc. cit., art. 16.

positis provincialibus et illorum vicariis ac locotenentibus, nullo interveniente capitulo. De Clemente VIII, anno 1597, nihil reperi.

<sup>b</sup>) Palaus, tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 2, omittens modum quo facienda sit dispensatio, asserit fere omnes religiones privilegium habere quo possint illegitimi ad praelaturas promoveri. Idemque notandum venit de Sayro, lib. 7, cap. 13, n. 10, qui ceteroquin ab Holzmann non citatur.

<sup>c</sup>) Sotus, in 4, dist. 25, qu. 1, art. 3, dicit per professionem tolli quantum ad ordinis susceptionem omnem irregularitatem, « praeter illam quae vel ex homicidio voluntario, vel ex bigamia contrahitur ».

355. — <sup>a</sup>) Salmant., tr. 10, cap. 7, n. 70, ubi referunt privilegium Gregorii XIII, tractant de potestate quam habent praelati regulares absolvendi suos subditos ab omnibus casibus Romano Pontifici reservatis (exceptis casibus Bullae). Et dicunt Salmant. hoc privilegium haberi apud Bordonum, resol. 3, n. 25; sed apud Bordonum citatur Gregorius XV.

<sup>b</sup>) Vide infra, notam c ad n. 396.

<sup>c</sup>) Martinus V, apud Palaum, concedit pri-

tione<sup>d</sup>) ad ordines, non ad praelaturas. — Quomodo regulares possint dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario? Vide dicenda dubio seq. in fine, n. 396. — Hoc, respectu ad subditos.

Quo vero ad saeculares, docent Sporer<sup>1</sup> cum Suarez<sup>2</sup>, Sanchez<sup>3</sup>, Bassaeo, Sayro, etc.; ac Salmant<sup>2</sup> cum Pellizzario, Lezana<sup>4</sup>, Rodriguez, Henriquez, etc., posse confessarios regulares dispensare in omnibus irregularitatibus, in quibus possunt dispensare episcopi cum subditis suis; ex privilegio bullato Sixti IV Minimis concessio, et confirmato a Julio II in sua constitutione, quae incipit *Dudum ad sacrum Ordinem* (ut testatur Peyrinis<sup>3</sup> apud Salmant.<sup>4</sup>). Ibi confessariis illorum concessa est facultas, *ab omnibus... excommunicationibus, suspensionibus et interdictis, ac super quacumque*

<sup>1</sup> Suppl. Decal., cap. 3, n. 170. — <sup>2</sup> Bass., v. *Irregularitas XI*, n. 10. — <sup>3</sup> Sayr., de Censur., lib. 7, cap. 13, n. 14. — <sup>4</sup> Tr. 10, cap. 7, n. 63 et tr. 13, de Privileg., cap. 4, n. 120. — <sup>5</sup> Pelliz., tr. 8, cap. 3, n. 90. — <sup>6</sup> Rodrig., Quaest. regul., tom. 1, qu. 61, art. 3. — <sup>7</sup> Henrig., lib. 7, cap. 28, n. 5, et lib. 14, cap. 9, n. 3, lit. x. — <sup>8</sup> Sixtus IV, bulla *Sedes apostolica*,

*irregularitate [Ordinario], tam a jure, quam ab eo reservatis... toties quoties opus fuerit absolvendi ac dispensandi, votaque quaecumque permutandi, sicut s), potest Dioecesanus.* — Hujusmodi privilegiorum, Bauny<sup>h</sup>) testatur jam esse in usu; sed Lezana de hoc dubitat. At Salmant.<sup>5</sup> dicunt, quod usus talis privilegii, cum sit occultus, spectando ad forum poenitentiae, nemo testari potest, an sit vel non sit in usu; praeterquam quod addunt, privilegia maxime gratiosa non amitti per non usum, ut ajunt probasse<sup>6</sup>. Et etiamsi Minimi illo nequirent uti ob non usum; dicunt tamen, alios regulares in privilegiis communicantes non interdicti ab illis utendis.

An vero ex bulla *Cruciatae* possit confessarius electus dispensare in irregularitatibus ex delicto? — Vide Salmant.<sup>7</sup>)

de die 27 Maji 1474, § 7, bulla 6 in Bullar. Mainardi; bulla 2 Sixti apud Peyrinum. — <sup>9</sup> Julius II, bulla *Dudum ad sacrum ordinem*, de die 28 Julii 1506, § 34; bulla 12 in Bullar. cit. — <sup>10</sup> Tom. 1, in const. 1 Julii II, § 32, n. 61. — <sup>11</sup> Tr. 18, cap. 4, n. 171. — <sup>12</sup> Lezana, loc. cit., n. 10. — <sup>13</sup> Loc. cit. — <sup>14</sup> Loc. cit., cap. 2, n. 13.

privilegium relaxandi irregularitatem etiam homicidii voluntarii, dummodo notoria non sit. Et hoc privilegium repetitur apud Sorbo, *Compend. Privileg. Mendicantium*, v. Dispensatio, n. 24, et indicatur ut oraculum vivae vocis authenticum.

<sup>d</sup>) Haec limitatio reuertur ab auctoribus citatis ad dispensationem irregularitatis ex homicidio, non vero ex bigamia.

<sup>e</sup>) Suarez et Sanchez utique a Sporer hic allegantur; sed, *locis cit.*, quidquid investigavi, id quod ad rem faciat reperire nequivi.

<sup>f</sup>) Lezana citatur a Salmant. quasi dubitet utrum privilegium istud sit in usu. Et revera

ita habetur apud Lezana *Sum., v. Confessarius, n. 10.*

<sup>g</sup>) Haec verba: sicut, etc. non reperiuntur in bulla Sixti IV.

<sup>h</sup>) Bauny, *Theol. mor., part. 2, tr. 11, qu. 58, v. Dico 4*, adducit Henriquez testantem, lib. 7, cap. 28, § 5, Romae esse in usu.

<sup>i</sup>) Salmant., tr. 10, cap. 7, n. 66, scribunt veriorum sententiam negare quod virtute bullae dispensari possit in irregularitatibus ex delicto, de quibus solum est dubium; nam circa irregularitates ex defectu Salmant. negant quidquam per bullam *Cruciatae* concedi.

Et quid, relate ad saeculares.

Quid possint regulares relate ad subditos.